

NVMMVS CASTRENSIS,
ORDINVM CONFOEDERATORVM

Belgij, cufus frustrà tentatâ pace in conven-
tu Brædæ celebrato: Anno
Christi 1576.



REQUESNIUS Hispanici exercitus summus præfe-
ctus aliquot suorum ducum victorijs nullo modo
ferocior factus, animum semper ad pacem inclina-
vit, proque illâ tractandâ conventum Brædæ haberi
voluit. Comparuit in eodem Maximiliani Impera-
toris legatus, Comes Schwartzburgicus: qui
præmissis non paucis de solitudine Cæsaris, ne
motus isti Belgici in exitium totius aliquândo Imperi-
ij erumpant, petijt tandem, ut duo vel plures ex omni

numero deligantur, qui acceptis mandatis secum ad Cæsarem contenda-
nt: & conditiones pacis tolerabiles & æquitati consentaneas proponant.
Fore vicissim, ut nullum omninò laborem studiumque ad hanc causam fe-
liciter conficiendam, Cæsar intermittat. Ex eo tempore, de pace in eundâ
deliberatio, multis diebus hinc Hispanos, illinc confederatas provincias
atque urbes frustrâ occupatas tenuit, commissariis Regiis in Romanæ Ec-
clesiæ doctrinâ solâ retinendâ obfirmatis; Aurantianis, reformationum ritus
quos amplexati fuerant, constanter tuentibus. Conventus itaque solutus,
& belli consilia resumpta fuere. *De pileo libertatis symbolo nonnihil dictum supe-
rius: illud vero quod exemplorum comprobatur autoritate, nullos facilius oppri-
mi, quam qui Palpo infide pacis circumventi, imparati sunt
ad resistendum? Dinotibus Au-*

thor.